47.

Bischof Heinrich IV. von Merseburg eignet dem Kloster mit Genehmigung des Domcapitels und auf Bitten des Heinrich Westphal zwei zu dessen Burglehn in Schkeuditz gehörig gewesene Hufen in Breitenfeld, nachdem dieser zur Ergänzung des Burglehns zwei andere Hufen vor Schkeuditz gelegen überwiesen hat. **Merseburg, 1346 Oct. 25.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 3060. — Die SS. des Bischofs und des Capitels an Pergamentstr.

Nos Hinricus dei gratia Mersburgensis ecclesie episcopus recognoscimus[a]) tenore presentium | litterarum, quod Hinricus Westiual noster castrensis in Scudicz in nostri presentia constitutus | duos mansos in campis ville Breytenuelt situatos ad castellatum suum pertinentes, | quod vulgariter dicitur borclen, cum suis curiis in villa existentibus ac omnibus aliis juribus suis et pertinentiis ad manus nostras libere resignavit, petens ut eosdem monasterio[b]) sanctimonialium prope Lypczk donare appropriare et incorporare dignaremur, quia in illorum mansorum locum duos alios mansos ante opidum nostrum Scudicz ad castellatum suum predictum nostro consensu accedente assignavit. Qua commutatione sic ut predicitur facta ipsos mansos predictos de consensu honorabilium virorum dominorum Hinrici prepositi, Engelberti decani ac totius jam dicte nostre ecclesie Mersburgensis capituli monasterio sanctimonialium prope Lypczk supradicto pleno jure quo nos et nostra ecclesia hactenus habuimus et tenuimus et possedimus incorporamus appropriamus presentibus et donamus, nobis nichil juris sive servitutis in predictis bonis retinentes. In cujus rei testimonium et evidentiam clariorem *sigilli nostri[c]) munimine jussimus presentes[d]) litteras roborari.

Et nos dei gratia Hinricus prepositus, Engelbertus decanus totumque capitulum ecclesie Mersburgensis supra dicte, ut evidentius pateat consensus noster premissis accessisse, sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. Testes hujus rei sunt honorabiles viri et discreti domini Geuehardus de Querenuorde prepositus sancti Sixti, Hinricus de Schonenberc scolasticus ecclesie Mersburgensis sepe dicte, magister Petrus de Wachov, magister Vlricus rector scolarium ac plures alii fide digni. Datum et actum Mersburg anno domini m°. ccc°. xlvi°. in die Crispini et Crispiani martyrum.

48.

Das Kloster verkauft 2 Schock Groschen j. Z. in Kleinpößna an benannte Personen zu Stiftung eines Seelgeräthes für Conrad Russendorf und die Käufer. **[Leipzig], 1376 Nov. 24.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 4164. — Das S. der Aebtissin an Pergamentstr.; das des Capitels ist abhanden gekommen.

Wir Margarethe eptischene, Katherina priorin, Agatha undirpriorin, Gerdrud kelleryn unde Clare custeryn unde der kovent gemeyne dez closters czo senthe Ge-

47. *a)* recōgnoscimus. *b) Das ursprüngliche* monasterii *ist vom Schreiber in* monasterio *geändert.* *c)* sigillum nostrum sigilli nostri. *d) Das* s *am Wortende auf Rasur.*